

**IN NOMINE DOMI
NI AMEN. NOS SIMON**
Rudniczký Dei & Apostolicæ sedis gratia
Episcopus, nec non Prælati & Canonici Ecclesiæ Varmienfis
in Capitulo generali anni præsentis 1612. congregati. Tertatum
facimus vniuersis et singulis; Quod cum in fundatione Colle-
gij Societatis Gesse Braunsbergens, ab Ill^{mo} & R^{mo} Cardinale
Hosio soci. memoriæ et à Generabili Capitulo antecessorib^{us}
nostris, anti 50^{to} fere annos facta, atq; à sede Apostolica appro-
bata, scriptum sit; **Fabrica^æ aliunde providebitur.**
et Patres eiusdem Societatis asseuerarunt, adhuc non esse satis
provisum, sed sola promissio literis impedita provisionis, iteodq; ad
nos pro nouis subsidijs sapiens recurrerunt, ostendentes, se nullo modo
ex ordinarijs prouentibus, posse tecta Collegij & Ecclesiæ reficere
integratq; conseruari. Idcirco precibus eorundem inclinati,
constituimus unanimi consensu, rebus bene diligenterq; exami-
natis, aliquam annuum et per partem prouentum, addere Colle-
gio, ex quo factis tectis sufficienter prospiciatur liberiq; simus
nos et posteri nostri à sollicitudine & nouis sumptibus pro hac
necessitate suppeditandis, & Patres ipsi commodius hoc modo
Domino Deo seruiant, et suis munjs perfungantur. Quapropter
in posterum **NOS SIMON** successoresq; nostri ad annuam
fundationem addidimus ex nostro araris marcas prutemicas
Sexaginta sex, grossos tredecim, denarios duodecim. Venerabile
vero Capitulum tertiam partem videlicet marcas triginta tres,
grossos sex, denarios sex, ita ut in vniuersum constituatur
summa annua centum marcarum prutemicarum singulas
viginti grossis computando. Soluetur autem tam ab Deconomo
nostro, quam Administratore Allenstemiensi, pro tempore existente
singulis annis pro festo Circumcisionis Domini incipiendo, ab
anno proxime venturo 1613. Verum quia in præsentis et tectu
Ecclesiæ indiget magna reparatione, & tecta Collegij iam labascut,
idcirco pro reparatione et restauratione omnium prædictorum, sponte
& ex bona nostra gratia donauimus Collegio marcas prutemicas
Mille quingentas, videlicet **NOS SIMON** mille; **NOS** vero
Capitulum quingentas. Præterea **NOS SIMON** donauimus
videm

eidem ex filius nostris, arborum seu trabium duas sexagenas;
Nos vero Capitulum unam, nostrorum sumptibus et labore Braunshir,
ga illas in litteris constituimus. Patres vero ita iam in poste-
rum presenti donatione nostra contenti esse debent, ut
nec nos, nec successores quidquam illis, præter concessa et
donata succedant, vel providere teneantur. In quorum
omnium fidem, et evidentius testimonium, sigillum nostrum
Aimrabili Capituli Carminiensis huic subappensum est.
Datum Rößelii, die septima mensis Septembris, Anno
Domini supra Millesimo sexcentis^{mo} duodecimo.

Simon Rudmicki
Epus Carmin

~~W~~ locus
sigilli

locus
sigilli

Joannes Preuck Cans
et cancell. ~~W~~